



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Amandi Deum modus triplex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Amandi Deum modus
triplex.*

Quamuis Beatus Bernardus dicit, in Christi dilectione, modus amoris nullus esse debet, sine modo te dilexit, sine modo eum diligere debes, modum dilectionis excessit te diligendo, protemoriendo, tu quantum debes eum diligere non potes. Et Augustinus dicit; Imensus es domine, & sine mensura amari debes ab his, quos pretioso tuo sanguine redemisti. Attamen Beatus Mattheus triplicem modum ponit, scilicet, ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente. Ex toto corde deum diligere est, nil aliud praeter ipsum amare; Unde Gregorius dicit, Si in aliquo amor cordis tui fuerit occupatus, iam ex toto corde deum non amas. Idem quoque ait: Si quis aliquem amat, si propter deum non amat, caritatem non habet, sed se putat habere. Augustinus etiam dicit, Domine minus te amat, qui te cum aliud amat. Perfectus enim seruus Christi nihil propter Christum habet, aut si aliud habet, perfectus non est.

Bern.

Auguf.

Mat. 22.

Grego.

Idem.

Auguf.

CHRISTIANA

Auguf. Vnde Auguftinus dicebat. Dulcis
Chrifto Iefu, bone Deus meus, ac-
cende me totum igne tuo, amore
tuo, fuauitate tua, & dilectione tua,
ut te diligā Deum meū ex toto cor-
de meo, ut habeā te in corde meo,
in ore meo & præ oculis meis ſēper.
Ex tota anima deū diligere eſt, om-
nes affectiones in deum retorque-
re, ſicut Pater inquit Auguſtinus;

Auguf. Amo enim te Deus meus, & magis,
magisque te amare concupiſco. Tu
enim melle dulcior, lacte ac nive
candidior, nectare ſuauior, gem-
mis & auro præcioſior, cunctisque
terratum diuitiis, & honoribus mi-

Bern. hi carior. Et D. Bernardus de Iefu
loquens ait. Ieſus mel in ore, me-

Auguf. los in aure, iubilus in corde. Au-
guſtinus item dicebat. Nihil mihi
tam dulce, quam cum deo meo eſ-
ſe, & omnis copia, quæ deus meus
non eſt, mihi egeſtas eſt. Ex to-

Cant. 8. ta mente, ideſt memoriter ſine obli-
uione. Vnde in canticis canticorum
legitur. Pone me ut ſignaculum
ſupra cor tuum, & ut ſignaculum

Auguf. ſuper brachium tuum. Et Augu-
ſtinus dicit. Semper ſit tibi fixus
in corde, qui pro te fuit fixus in
cruce. Vnde ſic meditabatur.
O bone Ieſu memoria tua ſuper

mel dulcis , meditatio de te ci-
 bus suavis , de te loqui bona refe-
 ctio est , te nosse optima consolatio
 est , tibi adherere uita eterna , à te
 separari mors perpetua. Idcirco se-
 quitur alibi . Munda cordis intui-
 tum , actus mentis intellectum ac-
 cende celesti igne animum , ut te
 semper cogitem , semper amem ,
 semper habeam in corde & in ore .
 Ecce igitur quòd tribus modis de-
 um diligere debemus , ex toto (ui-
 delicet) corde , ex tota anima , &
 ex tota mente . Et hoc est primum
 mandatum in lege , sicut docet
 Christus .

*Amandi proximum modus
 triplex.*

Primus modus est , quo Chri-
 stus amauit nos , sicut apud
 Ioannem docebat nos ipse in-
 quiens. Hoc est præceptum meum,
 ut diligatis inuicem , sicut dilexi
 nos . Amavit nos Christus quatuor
 modis . Primo modo amavit nos
 amore recto , quia non propter uti-
 litatem suam , sed propter nostram.
 Vnde Iob dicebat . Quid prodest

Ioan. 15

Iob. 22.